



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 8. Quare baptizandus cogitur ante baptismum Satanæ renunciare?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 93  
trefiat; sed magis illas servetur ad majo-  
rem gratiam percipiendam.

Quast. 6. Quare adhibentur exorcismi  
super baptizandum?

Resp. Dehinc iterum, ut ait Divus Gre- Can. Dehinc  
gorius relatus in Canone, exorcizatur diabo- De Consecr.  
lus, ut suam nequitiam agnoscens, & justum dist. 4.  
super se judicium Dei timens, recedat ab ho-  
mione; nec tam contendat eum arte sua sub-  
vertere, ne Baptismum consequatur; sed ma-  
gis honorem Deo Creatori suo exhibens, red-  
dat opus factori suo.

Quast. 7. Quare imponitur saliva auribus,  
& naribus baptizandi?

Resp. Postea salivâ oris sui, inquit sanctus s. Carol. Act.  
Carolus, Parochus tangit infantis aures &  
nares, ut aperiantur nares ad accipendum p. 4. De Cere-  
odorem notitia Dei & pietatis aeterna, & ad priusquam Baptis.  
discernendum bonum odorem à malo, sanam t. ministretur  
doctrinam à corrupta: aures autem ad au-  
diendum mandata Dei, ut doctrina que de  
ore Altissimi fluxit, per ejus aures intret &  
ea suaviter oleat.

Quast. 8. Quare baptizandus cogitur ante  
Baptismum satanæ renunciare?

Resp. Ad obediendum dicto Christi qui dixit in Evangelio: Nemo potest duobus dominis ser- Matth. 6. v. 24.  
vire; aut enim unum odio habebit, & alterum  
rum diligit, aut unum sustinebit, & alterum  
contemnet. Non potestis Deo servire & man-  
monia: qui est Deus opum. Addi potest quod  
ait Apostolus: Quae enim participatio iustitia 2. Ad Corinthe.  
cum iniquitate? aut quae societas lucis ad cap. 6. v. 15.  
tenebras? Quae autem conventio Christi ad  
Belial?

Quast. 9. Quare obligatur baptizandus ad  
renunciandum operibus satanæ?

Resp. Primum interrogatur Paganus, ut